

4
Ez. I. 95.

quide captiuitate uenerant. & ego sedebam tristis usque ad sacrificium uesperinum. Et in sacrificio uesperino. surrexi de afflictione mea & scissis pallio & tunica curuaui genua mea. & expandi manus meas ad dominum deum meum & dixi. Domine meus confundor & erubescio leuare faciem meam ad te. quoniam iniquitates nostras multiplicatas sunt super caput & delicta nostra creuerunt usque ad celum. ad ieb; patrum nostrorum. Sed & nos ipsi peccauimus grauius usque ad diem hanc & iniquitatibus nostris. Traditi sumus ipsi & reges nostris. & sacerdotes nostris. in manu regum terrarum in gladium & in captiuitatem. in rapinam & in confusionem uultus sic & die hac. Et nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecationis tua apud dominum deum nostrum ut dimittentur nobis reliquiae. & daretur pacillius in loco sancto eius. & in luminare & oculos nostros dominus noster. Et daretur nobis uitam modicam. in seruitute nostra quia seruis sumus. & in seruitute nostra non de reliquid nos dominus noster. & inclinauit super nos misericordiam coram rege persarum. ut daretur nobis uitam & sublimaret domum dominus nostris. Et exstruetur solitudo eius. & daretur nobis spem in iuda & in hierusalem. Et nunc quid dicimus dominus deus noster post haec quia de reliquimus mandata tua quae precepisti in manu seruatorum tuorum prophetarum dicentis. Terra ad quam uos ingredimini ut possideatis eam. terra inmundae est iuxta inmunditiam populorum. & terrarumque terrarum abominationibus eorum